



SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De maledictione iustè aut iniustè inducta: quòd benedicere oporteat, non
maledicere. cap. xlvii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

PARALLELORVM LIB. I.

A rem amicum odio habet, ab amicitia longè remotus est. Melior est vicinus a- 31
amicus, quām frater longè habitans.

Qui fratres sunt, adiutores quoque sint in tribulationibus. Ne commutes *Ecli. 40.*
amicum sincerum cum auro optimo.

DE MENDICANTIBVS.
CAP. XLV.

FILI, in tempore vita ne mendices. Melius est enī mori, quām *Ecli. 40.*
B mendicare. In ore impij dulce erit mendicationis munus: & in ven-
tre ipsius ignis ardebit.

• DE TVRPILOQVIO.
CAP. XLVI.

CORRUMPUNT bonos mores colloquia prava. 1. Cor. 15.
Omnis sermo malus de ore vestro non procedat: sed si quis Ephes. 4.
bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus.
Turpitudo, & stultiloquium, & scurrilitas, que ad rem non 5.
pertinent, ne nominetur quidem in vobis, sicut decet sanctos.
Turpis sermo ne exeat ex ore vestro.

Sermonum consuetudo ad res ipsas viam munit. Ac proinde quām diligentissimè con- Basil.
seruandus est animus, ne per sermonum voluptatem imprudētes aliquid mali suscipiamus, Sermo ad
non secus videlicet ac toxicum aliquod melle conditum admittentes. res ipsas a
Mali studium temporis diuturnitate confirmatum, vix unquam, imò ne vix quidem ditū ape-
curari potest, consuetudine nimis plerumque in naturam migrante.

Occlude verbis turpis cera tuas

Naziat.

Aures sonisque cantuum mollissimis.

in Tetr.

Turpes & vani sunt illi, qui in rebus vanis ingenij atque industrie specimen edunt, &
cum ad res præclaras addiscendas tardi sint & hebetes, contrà ad turpia percipienda ce-
D terrimi atque acutissimi sunt.

A sermonis obscenitate non ipse tantum abstinere, sed eos quoque, qui ea vuntur, com- Clemens.
primere debemus, tum acriore conspectu, tum vultus auersione, tum subsannatione, vt dici obscena
solet, tum denique vehementiore oratione.

Petulantiam in sermonibus adhibere, vsu quodam atque consuetudine hoc afferit, vt in mendi- compri-
rebus etiam petulantia laboremus. sunt.

Profsus à turpium rerum auditione, turpibusque spectaculis abstinetum est: multò au-
tem magis id agendum est, vt ab obscenis rebus puri ac liberi simus.

Iter ad impudentiam est sermonis obscenitas: atque utriusque finis est obscenū facinus.

Didymi.

Periculum sepe afferit, turpia verba audire.

E DE MALEDICTIONE IVSTE AVT
iniuste inducta: & quod benedicere oporteat, non
maledicere. CAP. XLVII.

ICVT auis ad alta transuolans, & passer quò libet vadens: sic maledi- Proph. 26.
ctum frustra prolatum nemini superueniet.

Non relinquas quærentibus tibi retrò maledicere. Maledicentis e- Eccl. 4.
nim tibi in amaritudine animæ exaudietur deprecatio illius. Exaudiet
autem eum qui fecit illum. Maledictio matris eradicit fundamenta.

3.

Benedicite persequentibus vos: benedicte, & nolite maledicere.

Rom. 12.

Lingua, inquietum malū, plena veneno mortifero. In ipsa benedicimus Deū, Iac. 3.

F

D. IOANN. DAMASCENI

& patrem: & in ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem Dei facti sunt. F
De eodem ore procedit benedictio & maledictio. Non oportet fratres mei, haec
ita fieri. Nunquid fons d^e eodem foramine emanat dulcem & amaram aquam?
Nunquid fratres mei, potest ficus vuas facere, aut vitis ficus?

DE REMISSIONE PECCATORVM,
& quibus modis veniam consequi possumus.

CAP. XLVIII.

Iob. II.



X V B fordes, & ne timeas: & laborem tuum solue tanquam fluctum prætereuntem, & non timebis: quia oratio tua erit si- G
cut lucifer.

Pro. 13. 15.

Redemptio animæ viri, diuitiæ suæ. Per misericordiam & fidem purgantur peccata.

Hier. 5.

Si est qui faciat iudicium, & querat fidē, propitius ipsi ero, dicit Dominus.

Sap. 12.

Bonæ spei fecisti filios tuos: quia das locum in peccatis pœnitentia.

Ecli. 3.

Ignem ardērem extinguit aqua: & eleemosyna resistit peccatis. Remitte iniuriam proximo tuo: & tunc deprecanti tibi peccata tua soluentur. Qui hono- H
rat patrem, redimit peccata. Beneplacitum Domini est abstinere ab iniustitia: & propitiatio, abstinere à peccato.

Mat. 6.

Si dimiseritis hoībus peccata ipsorum, & pater vester cœlestis dimittet vobis.

Iaco. 5.

Qui conuersti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius ex morte, & operiet multitudinem peccatorum.

DE DESPERATIONE: ET QVOD
salutis nostræ spem abiicere non debeamus.

CAP. XLIX.



ONO eris animo: quia spes tibi est.

Homines, quorum salus deplorata erat, implebuntur letitia. I

Basil. Ex-
hort. ad
Bapt.

Nemo priuationum metu bona reuicit. Nam hoc paēto nulla res humana consiset si in singulis rebus, quas aggredimur, iacturas consideremus. Agri- culture enim sterilitas imminent, mercatura naufragia, coniugii viduitates, filiorum educationibus orbitates. Nihilo tamē secius res aggredimur semper quidem latiora nobis pollicentes, ceterū rerum spe conceptarum euentum ad Decum, qui res nostras administrat ac moderatur, referentes.

Neque is, qui ab ignavia & socordia remotus est, in desperationē vñquā incident: neq; is, qui spē lata alitur, ac de sua salute minime desperat, in socordiam vñquā prolabi poterit. K

DE ANATHEMATE ET EXCOMMUNI-
catione. CAP. L.

Dent. 7.



ON inferes quipiam ex idolo in domum tuā: ne fias anathema, sicut & illud est. Quasi spurciem detestaberis, & velut inquinamētum ac fordes abominationi, habebis: quia anathema est. Non inuenietur in manu tua quicquam de anathemate.

Iosue. 7.

Dixit Dominus ad Iosue: Non poterit Israël stare ante hostes suos, eosq; fugiet: quia pollutus est anathemate. Non ero ultra vobiscum, donec conteratis eum, qui huius sceleris reus est. Surge, sanctifica populum, & dic eis: Sanctificamini in crastinum. Et quicunque in hoc facinore comprehensus erit, cōburetur igni cum omni substantia sua: quoniam